



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

Canones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

ANNO CHRISTI

CANONES.

I.

Si quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem ac religiosam detestatur, aut culpabilem æstimat, velut quæ in regnum Dei introire non possit, anathema sit. Distin. 31. Si quis vituperat. Distin. 30. Si quis nuptias in ac.

II.

Si quis carnem edentem, præter sanguinem, & idolis immolatum, & suffocatum, cum religione & fide condemnat, velut spem propter huiusmodi perceptionem non habentem, anathema sit. Dist. 30. Si quis carnem man.

III.

Si quis seruum, prætextu diuini cultus doceat dominum contemnere proprium, vt discedat ab eius obsequio, nec ei cum beneuolentia & omni honore deferuiat, anathema sit.

IV.

Quicumque discernit a presbytero qui vxorem habuit, quod non oporteat eo ministrante de oblatione percipere, anathema sit.

V.

Si quis docet domum Dei contemptibilem esse, & Conuentus qui in ea celebrantur, anathema sit. Dist. 30. Si quis docet do.

VI.

Si quis extra ecclesiam seorsum Conuentus celebrat, & despiciens ecclesiam, ea quæ sunt ecclesiæ voluerit vsurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum episcopi, anathema sit. Dist. 30. Si quis extra eccles.

VII.

Si quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiam ac-

SIS,

usu pat-

n conti-

bitum v-

namtem

m conti-

negligere.

ligionis,

lieri non

dominico

mia ierim-

basilicis

cipere, vel dare voluerit, præter conscientiam episcopi, vel eius, cui huiuscemodi officia commissa sunt, nec cum eius voluerit agere consilio, anathema sit.

VIII.

Si quis dederit, vel acceperit oblata præter episcopum, vel eum qui constitutus est ab eo, ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema sit.

IX.

Quicumque virginitatem custodiens, aut continentiam studens, velut horrescens, nuptias temerat, nec propter hoc, quod bonum & sanctum est, nomen virginitatis assumit, anathema sit.

X.

Si quis ex his qui virginitatem propter Dominum seruant extollitur aduersum coniugatos, anathema sit.

XI.

Dist. 42. Si quis despici-

u Si quis despicit eos qui fideliter agapas, id est, conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres, & noluerit communicare huiuscemodi vocationibus, paruipendens quod geritur, anathema sit.

XII.

Si quis virorum propter continentiam, quæ putatur, amictu pallii vtitur, quasi per hoc habere se iustitiam credens, & despicit eos qui cum reuerentia birris & aliis communibus & solitis vtuntur, anathema sit.

XIII.

Dist. 30. Si qua mulier.

Si qua mulier propter continentiam, quæ puta-

ANNO  
CHRISTI  
.....

ANNO CHRISTI  
tur, habitum mutat, & pro solito muliebri amictum virilem fumat, anathema fit.

XIV.

Si qua mulier virum proprium relinquens, discedere voluerit, nuptias execrans, anathema fit. Ibidem.

XV.

Si quis filios suos relinquens non eos enutrit, & quod ad se pertinet, non ad pietatem diuini cultus informat, sed per occasionem continentiae negligit, anathema fit.

XVI.

Quicumque filii a parentibus praetextu diuini cultus abscedunt, nec debitam reuerentiam dependunt illis qui diuinum cultum sibi procul dubio praeferrunt, anathema sint.

XVII.

Si qua mulier, propter diuinum cultum (vt aestimat) crines attondeat, quos ei Deus ad subiectionis materiam tribuit, tamquam praecipuum dissoluens obedientiae, anathema fit.

XVIII.

Si quis propter continentiam, quae putatur, aut contumaciam, in die dominico ieiunat, anathema fit.

XIX.

Si quis eorum qui continentiae student absque necessitate corporea tradita in commune ieiunia, & ab ecclesia custodita superbiendo dissoluit, stimulo suae cogitationis impulsus, anathema fit. Dist. 30. Si quis eorum qui in.

XX.

Si quis superbiae vsus affectu, Conuentus abo-

minatur, qui ad confessiones martyrum celebrantur, & ministeria quæ in eis fiunt simul cum eorum memoriis execratur, anathema sit.

Et subscripserunt supra nominati sexdecim episcopi.

Distin. 30.  
Hæc autem  
scripsimus.

Hæc autem scripsimus, non, qui in ecclesia Dei secundum scripturas sanctum propositum continentia eligunt, vituperantes, sed eos qui abutuntur proposito in superbiam, & extolluntur aduersus simplices, abscindimus, & damnamus eos qui aduersum scripturas & ecclesiasticas regulas noua introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam quæ cum castitate & religione suscipitur approbamus, & renuntiationem sæcularium negotiorum cum humilitate recipimus, & nuptiarum castum vinculum honoramus, & diuitias cum iustitia & operibus bonis non spernimus, & habitum simplicem ac vestem viliorem, pro corporis diligentia infucatum, laudamus, sicut etiam solutas ac fractas in vestibus processionibus reprobamus. Et domos Dei honoramus, & Conuentus qui in his fiunt, tamquam sanctos & utiles suscipimus, pietatem in priuatis domibus non claudentes, sed omnem locum in nomine Dei ædificatum honoramus, & congregationem in eadem ecclesia factam pro vtilitate communi recipimus. Et bona opera, quæ supra vires in fratres pauperes exercentur, secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus, & omnia quæ per sanctas scripturas & per apostolos sunt tradita, in ecclesia celebrari exoptamus.

CANO-